

Zeitschrift: Archiv für schweizerische Geschichte

Band: 1 (1843)

Quellentext: Urkunde, ausgestellt durch Herzog Johann von Oesterreich im fünften Altersjahre

Autor: [s.n.]

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 23.02.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

II.

Urkunde, ausgestellt durch Herzog Johann von Oesterreich im fünften Altersjahr.

1294, 1. April.

(Archiv des Chorherrenstifts Zurzach.)

Johannes dei gracia Austrie et Styrie dux et Alsacie Landgravius, Clarissimi quondam Rvodolfi partium earundem, Austrie scilicet et Styrie ducis, | Rvodolfi Eterne memorie Romanorum olim Regis filij, filius vnicus Primogenitus, suis in Christo fidelibus, Parentibus, Affinibus, Cognatis, Ministerialibus et Amicis, tam in subscriptorum noticia, quam in salute perpetua delectari. Cvm animaduerterimus, quanta nos eximie generositatis excellentia de materne, que Regalis | est, Linea propaginis ducta, feliciter insigniuit; Cvmque mente memori recolimus, meditacionis studio considerantes, dulcissima beneficia que jugibus blandi-|ciis nostre infancie simul ac puericie indesinenter exhibuit Illustris Agnes genetrix nostra - - Orthodoxj (sic) quondam Boemorum Regis filia, | super affectum omnium Matrum, delicatissime nos fouendo, vere de pistice (sic) gratitudinis repensa meditari protenus nos opportet. ita ut | vnanimitatis ydemp- titate sibi confederati, una et indiuidua voluntate que dilexerit diligentes, odientes (sic) que oderit, et efficaciter exequentes que | voluerit, sua beneplacita in fructum operis et effectus promptissimis conatibus redigamus. Cvm igitur eadem Inclita nostra Mater Agnes predicta, | sicut ex suo didicimus relatu et a blando eius ore audiimus, Ecclesiam in Zurcach prerogativa complectatur amoris, eð quod in illa preciosus thesaurus | corporis et reliquiarum Glorioso virginis Sancte Verene desiderabi-

liter requiescit, Cuius perpetue venerationi votum vouit pro
 nostri | genitura, quam eiusdem Sancte virginis dono et gratia
 consecuta est, rem certissima experientia declarante, voto tali
 sollempniter se obligans et | astringens, quod ipsam beatam
 Verenam affectu precipuo debeat et desideret venerari, et Eccle-
 siam Zurciacensem que prenominata est vnâ cum suo clero, |
 possessionibus, rebus et personis, sicut res suas et possessiones
 proprias, iugis egide protectionis omniformi studeat conamine
 ac diligencia defensare. Insuper | et nos, ut nostra proficiat
 iuuentus, et prouecta in longevum prospere dirigatur, eidem
 inuoluit voto et indissolubiliter astrinxit, pro eiusdem | Zurcia-
 censis Ecclesie protectione, et ea qua opus habuerit ope, apud
 nos cum instancia interpellans; Nos itaque Magnifice genitricis
 nostre pia desideria et eme-|rita vota circumspectim intuentes,
 et summopere prosequi satagentes, clara voce pariter et actu
 beatissime virgini Sancte Verene sedule veneracionis vota | vo-
 uemus et voulisse presentibus profitemur et in graciarum actio-
 nes quibus sibi super nostra generacione et prosperitate volu-
 mus obligari, promittimus et dextram domus | suam in Zurcach
 Ecclesiam vnâ cum suo clero, predijs, rebus, possessionibus et per-
 sonis, veluti nostre proprietatis res, sub nostra conseruatu-
 ros nos protectione ac | fideliter defensuros. Quapropter vos vniuersaliter
 singulos et singulariter vniuersos monemus et hortamur cum preci-
 bus et mandatis, quatenus, intendentis | quia in huius nostri voti
 rem profecturam et robur animum inflectimus, ac ob id predictam
 Sancte Verene Ecclesiam in Zurcach, quam diligimus ex affectu,
 vnâ | nobiscum diligatis, protegatis, promoueatis et a malo, sicut
 nos diligitis, conseruetis, opem quam apud vos quesierit, sibi
 vtiliter impendentes. Ut autem hijs scriptis | robur accedat, in
 euidentiam et testimonium predictorum presentem paginam Si-
 gillo Serenissime matris nostre Agne (sic) prelibate, quo potis-
 sime fungimur, porprium non-|dum habentes, patenter et fir-
 miter communimus. Datum Brっこ, anno domini Millesimo
 Ducentesimo Nonagesimo quarto, Kalendis Aprilis, Indictione
 Septima. |

Herzog Johannes von Oesterreich, dessen Name an der Spitze dieser Urkunde steht, war zur Zeit der Ausstellung ein kaum fünfjähriger Knabe; er stand unter der Leitung seiner Mutter Agnes, der Tochter Ottokars, Königs von Böhmen, und Wittwe des Herzogs Rudolf von Oesterreich. Dass diese Fürstin nach dem Tode ihres Gemahls und dem des Königs Rudolf in den obern Landen lebte und waltete, beweisen die Briefe vom 30. Augustm. 1291 und 9. Augustm. 1293: *s. meine Urkunden zur Gesch. der eidgen. Bünde S. 35 f. und 48.* Zwei im Staatsarchive Zürich liegende Pergamenrollen aus derselben Zeit, welche die herrschaftlichen Verpfändungen an Herren, Ritter und Bürger in mehrern Aemtern des Argaus enthalten, tragen ebenfalls den Namen der Herzogin Agnes. Die eine dieser Rollen gedenkt der Zeit, in welcher Herzog Albrecht mit seinem Kriegsheere zu Bar bei Zug lag (am 6. Weinm. 1292: *s. meine Urkunden S. 52 und 198*), und von den Bürgern dieser Stadt gegen Anweisung 198½ Pfund erhob; um diese Schuld wandten sich die Zuger an Agnes mit den Worten: *Insuper rogamus omni affectu, quo possumus, Nos exusti ac depauperati ciues in Zoge vos Clementissimam dominam nostram Ducissam -- Austrie, Regali prosapia exortam, vt dignemini nos miseros vestros promouere vt nobis persoluatur.*

Die nächste Zeit nach dem Tode des Königs Rudolf und nach der Wahl des neuen Königs Adolf war für Oesterreich in den obern Landen nichts weniger als günstig. Den Widerstand, den ihm mehrere geistliche und weltliche Herren entgegengesetzt hatten, musste Herzog Albrecht mit Waffengewalt beseitigen. Die Stadt Lucern, welche während des Zwischenreichs sich auf die Seite Kiburgs geneigt (*s. Urk. 20. Christm. 1291: meine Urkunden S. 40*), huldigte, als Albrecht mit seinen Reutern erschien (Urk. 31. Mai 1292: *Daselbst S. 41*), beschwur dem Landvogt Otto von Ochsenstein den Landsfrieden Königs Adolf (Urk. 30. März 1293: *Das. 42*), und erhielt der Herrschaft Gunst und Gnade (Urk. 31. Mai 1292, und 2. Mai und 30. Brachm. 1293: *Das. 41 f., 46 und 47*). Ohne dem Landsfrieden beizutreten, standen die Waldleute von Uri und der beiden andern

Länder im Urluge wider die Herrschaft (Urk. 30. März und 10. April 1293: *Das. 42* und *45*). Die Stadt Zürich, welche bedeutsam zwischen Kiburg und Habsburg lag, hatte sich allerdings mit dem Herzog Albrecht um ihren Krieg am 26. und 29. Augustm. 1292 verglichen (s. *Tschudi Chronik I.*, 210, a); dennoch wiederholten sich einzelne Feindseligkeiten im folgenden Jahre (*Das. 211*, a, b), und est am 22. Mai 1294 beschwuren Herr Otto von Ochsenstein, Pfleger der Herzoge von Oesterreich, und die Bürger von Zürich den Landfrieden auf die noch übrige Zeitdauer desselben (Urk. im *Staatsarchive Zürich*; in dürftigen Auszügen bei *Tschudi I.*, 213, a).

Noch wenige Wochen, bevor diese letztere Ausgleichung statt fand, lieh der herzogliche Knabe seiner königlichen Mutter seinen Namen zu der hier zum erstenmal abgedruckten Urkunde, in welcher er grossthut mit der böhmischen Abkunft, dagegen mit keinem Worte seines Vetters von Oesterreich erwähnt, wohl aber seinen Anverwandten, Dienstmannen und Freunden Befehle ertheilt. Nicht mehr lange nach diesem wird Herzog Albrecht seine, keineswegs anspruchslose, fürstliche Schwägerin in den obern Landen gelassen haben: denn Agnes stirbt schon am 17. Mai 1296 zu Prag (*Chronicon Francisci apud Scriptores Rerum Bohemicarum II.*, 12). Damit nahm des Herzogs Johannes erster Versuch der Verwaltung der obern Lande ein Ende. — Die Urkunde selbst ist zuverlässig ächt, und die Schriftzüge sind aus der angegebenen Zeit; an den rothen, etwas verbleichten, seidenen Schnüren hängt allerdings kein Siegel mehr (vergl. meine Urkunden S. 36), wohl aber ist noch eine Spur, dass eines über den sich kreuzenden Schnüren lag. Uebrigens dürfte dem Schreiber, der wohl ein Chorherr von Zurzach selbst gewesen sein mag, ein Verstoss in den Eigennamen nicht zu hoch anzurechnen sein.

J. E. Kopp, Professor.